



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

**MONITVM**  
AD  
COMMENTATIONEM LVCVLENTAM  
DE  
**DIFFERENTIA**  
**NEXVS RERVM**  
**SAPIENTIS ET FATALIS**  
**NECESSITATIS,**

*QVO*  
**NONNVLLA SVBLIMIA METAPHYSICAE**  
**AC THEOLOGIAE NATVRALIS CAPITA**  
**ILLVSTRANTVR.**

---

*AVTORE*  
**CHRISTIANO WOLFIO,**  
POT. REG. SVECORVM, HASSIAE LANDGRAVII, CONSILIARIO  
REGIMINIS, MATHEMATVM ET PHILOS. PROF. PRIMARIO IN  
ACADEMIA MARBVRGENSI, PROFESS. PETROPOLITANO  
HONORARIO, ACADEMIAE REGIAE SCIENT. PARIS.  
ATQVE SOCIET. REG. BRIT. ET BOR.  
MEMBRO.


---

**EDITIO SECVNDA.**

---

*HALAE MAGDEB. MDCCXXXVII.*  
**PROSTAT IN OFFICINA RENGERIANA.**





# MONITVM AD COMMEN- TATIONEM LVCVLENTAM DE DIFFERENTIA NEXVS RERVM SA- PIENTIS ET FATALIS NECESSI- TATIS.

## §. I.



**I**N meditationibus meis metaphy- *Scopus Me-*  
sics, quas de Deo, anima & mundo *capbyfice*  
entibusque in univcrsum publici *Autoris.*  
juris feci, ante biennium altera  
vice recufas, eum mihi scopum  
propofui, 1. ut notiones & prin-  
cipia generalia explicarem, quibus  
ad intelligendas & confirmandas  
ceterarum disciplinarum veritates opus est, 2. ut eorum,  
quæ in anima observantur, rationes redderem manife-  
ftas, ad philofophiam moralem perficiendam profuturas,  
3. ut fuppeditarem principia firma, quibus fatalis neces-  
fitas profligaretur & atheorum atque hominum profa-  
norum molimina adverfus religionem naturalem & re-  
velatam subverterentur: id quod hoc inprimis ævo ut  
fieret e re efle duxi, quo multorum mentes ad profani-  
tatem videntur proclives. Qui vel lemmata fingulis  
articulis præfixa fugitivo oculo percurrit, is minime

dubitabit, hunc mihi, non alium præfixum esse scopum: quem quod mihi assecutus fuisse videar, per se liquet, cum quis autor scriptum in publicam lucem proferens eam erga se fiduciam habeat. Quid videatur aliis, de eo liberum esto eorum iudicium. Multos omnium ordinum præclaros viros, immo generis profapia & eruditione illustres, calculum suum mihi adjicere cum ex literis ad me aliosque datis, tum etiam ex nonnullis colloquiis dudum intellexi. Non desunt sane, qui publico docendi munere fungentes in datis ad me literis confessi sunt, se a scriptura sacra librum meliorem non nosse sibi que ope ejusdem in ipso scripturæ sensu literalis haud parum luminis affusum: id quod a me arroganter propalari ne existimes velim, necessitate ita ferente, apostoli exemplum secutus (a). Ut omnes in universum sic sentiant, nec opto, cum temerarium foret, si unus ultra humanam, nedum divinam sortem positus esse vellem, nec spero, cum non adeo cæco in me ipsum impetu ferar, ut fieri posse existimarem, quæ non fert humana conditio.

## §. II.

*Cur fatalem  
potissimum  
necessitatem  
evertere stu-  
duerim.*

Quotiescumque cum hominibus collocutus sum, qui suos mihi circa religionem naturalem exposuerunt scrupulos, iis potissimum circa contingentiam universi totius aquam hæere expertus sum. Etsi enim libertatem suam in dubium minime vocarent atque adeo admitterent, quædam in hoc universo jam constituto posse fieri & non fieri; hoc tamen non obstante cetera in rerum natura immutabili quadam necessitate fieri sibi persuadebant, propterea quod quilibet effectus suam habeat causam, hæc vero causa itidem sit effectus alterius causæ & sic porro in infinitum; inter causam vero & effectum necessarius sit nexus, ita ut etiam Philosophi canonem considerint: posita causa ponitur, & ea sublata,  
tol-

(a) 2. Cor. XII, 6. & seqq.

tollitur effectus. Hinc vero ulterius inferebant, cum universum sit ens necessarium, ipsum etiam necessario minimum existere posse adeoque non opus videri Deo, Intelligi adeo, dubitari de existentia Numinis, quod in naturæ ordine absoluta statuatur & fatalis necessitas, hanc vero colligi ex necessario inter causam & effectum nexu. Cum non nemo, qui dubiis istiusmodi implicitus ex itinere in oras exteras suscepto redibat, mihi *Spinose* opera afferret, cogitatis ejus metaphysicis in appendice *ad Cartesii* principia philosophiæ more geometrico demonstrata perlectis, animadvertēbam, ipsum ideo negare ullum in rebus contingens esse, seu quod ex parte rei possit existere & non existere, quod inter ipsum mundum tanquam effectum, & Deum tanquam ejus causam, necessarium esse statueret nexum (b). De eo igitur cogitare cœpi, quomodo contingentia totius universi solide adstruatur atque inde ulterius ostendatur, cum ea connexam esse existentiam entis necessarii istiusmodi attributis vestiti, quæ in Deo commendant Autores sacri. Atque hæc est ratio, cur ad viam contingentia delapsus fuerim, ceteris ob rationes dudum alibi (c) indicatas mihi non sufficere visis, etsi alias usu suo non destituantur, quemadmodum a me satis superque ostensum (d).

§. III.

Notiones possibilis, necessarii & contingentis *Actus con-* jam satis superque evolvi (e), nec cramben bis coctam *tingentium* apponere lubet. Ostendi etiam, quomodo contingen- *uberius de-* tia naturaliter ad actum deducantur (f). Non tamen in- *claratur.*

A 3

con-

(b) part. 1. c. 3. p. 102. 103.

(c) in Ratione Prælect. sect. 2. c. 3. §. 37. & seqq. p. 153.

(d) in Commentat. §. 3. 4. Conf. Gedanken von den Absichten natürlicher Dinge §. 8. & seqq.

(e) Commentat. §. 7. & seqq.

(f) Ibid. §. 16.

consultum videtur, ut nonnulla addam, quæ hoc argumentum uberius illustrent. Monui jam, cur contingentium actus naturaliter supponat continuum causarum nexum. Nimirum contingens per essentiam suam ad existendum determinatum non est, atque ideo causa opus habet. Quodsi causa itidem in contingentium numero habetur, causa denuo opus est & ita porro, donec non interrupta serie ad causam primam perveneris, quæ necessario existit, hoc est, Deum: id quod vi principii rationis sufficientis fieri debere nuper observavi. Quamobrem si contingat, plura simul esse possibilea, quæ tamen simul existere nequeunt; unumquodque contingens peculiarem præsupponit causarum ordinem seu possibileium seriem, si naturaliter ad actum deduci debet, consequenter quæ, stante hoc causarum ordine, contingunt, ideo certitudinem habent, quæ vulgo *necessitas hypothetica*, itemque *necessitas consequentiæ* appellari solet, quia fieri non potest, ut, stante hoc rerum ordine contingant, quæ nonnisi aliorum ordine ad actum deduci possunt, atque adeo etiam in hoc universo non contingunt. Hanc vero contingentiam non admittunt fatalis necessitatis defensores & *Spinosæ*, etenim juxta ipsos præsens rerum ordo est unicus & absolute necessarius, ac in se immutabilis, ita ut nec per miraculosum concursum Deus quidpiam immutare possit. Ast si non alia adest necessitas, quam quæ a consequentia nomen trahit, ipseque rerum ordo in se nihil necessitatis habet, nec in se immutabilis est; tum & ad causam primam sive DEVM necessario ducit, tum ipsi in producendo universo omnem libertatem relinquit, tum denique Deo integrum est per concursum extraordinarium quidpiam immutare, quotiescunque visum fuerit. Atque ideo in tractatione metaphysica de mundo hanc ordinis rerum contingentiam stabilio adversus *Spinosam*, ut deinde in doctrina de Deo non modo Dei existentiam, sed ejus etiam

iam in creando libertatem, miraculorum possibilitatem aliaque inde eruere liceat. Neque hæc præjudicium facit libertati hominum, etiamsi suo modo etiam influat in certitudinem actionum liberarum, uti mox distinctius apparebit.

§. IV.

In his nihil contineri, quod *Spinosissimum* sapiat nec *Declaratio* dogmatis Theologorum, etiam illorum, qui Augustanæ ista cum Confessione metum additi sunt, conveniat, nemo negabit, mente D. qui habet animum a pravis affectibus liberum, nec iudicio *Thome*, & eget. Audiamus primum, quæ habet D. *Thomas*, cum *Gerhardi* Theologi nostrates ipsius luminibus sapissime usi fuerint, *convenit*. Causam contingentem ex se terminari ab extrinseco, disertis verbis docet ille veritatis confessor (g). Admittit etiam is ordinem causarum a Deo libere constitutum & præter hunc ordinem alios ab hoc materialiter, & formaliter differentes. Defendit enim (h), *DEum posse facere* NB. *res alias & iis* NB. *alium imponere ordinem*. Immo a voluntate divina in eventus rerum, semel constituto causarum ordine, necessitatem hypotheticam seu consequentiæ derivat: disertis enim verbis docet (i), *quod necesse sit aliquid fieri, si Deus vult*, NB. *non absolute, sed conditionaliter*, atque inde infert, *voluntatem Dei ponere necessitatem conditionalem in rebus*. Immo doctor angelicus tandem fatetur (k), Deum in tempore nil facere, nisi quod ab æterno præordinavit, atque adeo concedit per causarum seriem eventus rerum esse prædeterminatos. Sane *fieri non posse* pronunciat, *ut aliqua facias, quæ non præsciveris & se facturum præordinaveris*; etsi largiatur, quod, *si potentiam absolutam spectes, alia facere possis, quam quæ præscivit & præordinavit*. B. *Gerhardus*

(g) Summa Theol. part. 1. quæst. 13, art. 3.

(h) quæst. 25, art. 5, concl. 5.

(i) quæst. 19, art. 8, concl. 34.

(k) quæst. 25, art. 5, concl. 4.



*hardus* (1) eam in rem ex eodem *Thomæ* citat sequentia verba: *Deus non necessario vult, quicquid vult; posito autem quod aliquid velis, est necessarium, quia voluntas DEI est immutabilis.* Probat vero idem *Gerhardus* non modo hæc *Thomæ* verba, verum etiam cetera, quæ in medium adduxi, ab ejuſ sententia non sunt aliena. Etenim ubi (m) de scientia media differit, *Becano* assentitur asserenti, *Deum ab æterno non absolute, sed sub conditione cognovisse, quid homines & angeli facturi essent pro sua libertate, si cum his vel illis circumstantiis in tali vel tali rerum ordine collocarentur.* Unde apparet, ipsum præter hunc rerum ordinem tanquam possibiles adhuc admittere alios rerum ordines, atque agnoscere, in alio rerum ordine actu fieri potuisse, quæ in ordine præſenti ad actum non deducuntur, deficientibus nimirum rationibus ad eundem sufficientibus. Immo vi præſentium agnoscit, illa ipsa, quæ a libertate humana pendent, in alio rerum ordine alia futura fuisse, consequenter hunc in actionum liberarum determinationem influere. Admittit (n) in futuritione contingentium veritatem, adeoque & certitudinem: *Quod contingenter, inquit, futurum est, hoc vere futurum est.* Atque hinc porro infert: *præſciri ergo (a Deo scilicet) potest.* Et alibi (o) inculcat, præſcientiam DEI afferre rebus immutabilitatem a posteriori, hancque ita interpretatur: *Quando Deus scit rem esse, necesse est eam esse: interim tamen res sua natura & NB. reſpectu suarum causarum poterat aliter esse.*

## §. V.

*Andorom*  
*plurimum pos-*  
*sibilitium plu-*  
*ralitas quem*  
*hic locum*  
*babeat.*

*Godofredus Guilielmus Leibnizius*, vir in omni eruditionis & scientiarum genere summus, monuit possibilitia contingentia duplici modo spectari posse, tum ut sejun-

(1) Loc. 2. de Deo §. 276. f. 322.

(m) loc. cit. §. 244. f. 314.

(n) loc. cit. §. 255. f. 316.

(o) Loc. de providentia §. 39. f. 19.

sejuncta, tum ut coordinata in integros mundos possibili-  
 les infinitos (p), atque ideo in præclaro Theodicæ  
 opere, intelligentibus rerum æstimatoribus tantopere æ-  
 stimato, sumit, plures mundos esse posibles. Cum igitur  
 in Cosmologia transcendentali, meditationibus meis  
 metaphysicis inserta, monstraverim, unum quodque pos-  
 sibile contingens integrum supponere causarum ordinem  
 seu, phrasi mea, integram possibilitium inter se connexo-  
 rum seriem, siquidem naturaliter ad actum deducendum;  
 ego istiusmodi seriem aut, si mavis, causarum ordinem  
*universi* nomine compellavi, vernacula nostra *eine Welt*.  
 Ut consulerem brevitati loquendi, opus erat termino:  
 quamobrem cum terminus a *Leibnitio* jam esset introdu-  
 ctus, inconsultum fuerat novum comminisci. Quando  
 igitur affirmo, plures mundos esse posibles, non aliud  
 sibi volunt hæc verba, quam plures præter hunc causa-  
 rum ordines esse posibles, quibus etiam ea, quæ in hoc  
 mundo nunquam existunt, ad actum naturaliter deduci  
 possent. Nempe si naturaliter fieri debuisset, ut actu  
 surgerem, & quidem libertate mentis illæsa, quando se-  
 deo, tum aliquem esse statuo causarum ordinem, a præsen-  
 ti diversum, quo id consequi poterat. Patet ergo, quid  
 sibi velit hæc phrasis: *in alio mundo fieri potuisset, ut actu  
 surgerem, quando nunc sedeo*. Nimirum si alius fuisset cau-  
 sarum ordo, homo in eodem constitutus libere sese ad sur-  
 gendum determinare potuisset, dum sedet. Rem igitur  
 per lumina a D. *Thoma* mihi affusa assecutus, cujus sum-  
 mam Theologiæ a *Carbone* in compendium missam in pri-  
 ma juventute mihi familiarem reddidi; nomen vero a  
*Leibnitio* mutuatus, ex quo *Theodicæ* ipsius prodiit.

§. VI.

Ut mentem meam facilius percipiant, qui in hoc *Contingen-*  
 argumento subtili ac profundo non satis versati, exem- *tium actus*  
 (DIFFER. NEX. RER.) B plo *illustratur.*

(p) in Causa Dei §. 15. p. 6.

plo quodam singulari illustrare lubet, quæ de contingenti actu hætenus differui. Retineamus exemplum, quod modo in medium attuli. Ponamus scilicet, me litteras ad amicum scripturum confedisse. Dum sedeo, possibile est, ut stem, ut saltem, ut deambulem &c. Structura enim corporis perinde disposita ad hosce situs ac motus, ac ad sessionem. Interim tamen ex omnibus istis possibilibus unum tantummodo actum consequitur, nempe ut sedeam, ceteris in regione idearum seu in numero nude possibilium persistentibus. Quodsi jam quaesiveris, quænam subsit ratio, cur actu sedeam, haud quam vero stem, vel saltem, vel deambulem &c. ratio quidem proxima est, quod mihi ita commodum visum fuerit, hoc est, libera mentis voluntas: enimvero quodsi quaesiveris ulterius, quidnam me permoverit, ut sedere vellem, rationem in epistolam scribendam conjicio & hujus ulterius v. gr. in iter nonnemini eo profecturi, ubi amicus degit, ad quem scribere decrevi. Apparet adeo, in causarum ordine præsentis occurrere aliquas, quæ animæ ansam præbent, actum sedendi decernendi, & quibus absentibus, pro diversitate circumstantiarum forsân alium decerneret. Quamvis itaque anima libera sit in decernendo, præsens tamen causarum ordo influit in hoc decretum libertate illæsa: quod enim idem illæsa libertate fiat, res ipsa loquitur nec ab iis in dubium vocari potest, qui libertatem mentis tuentur. Jam vero non tunc demum certum fuit, animam in hoc causarum ordine sub his circumstantiis decretum sedendi formaturam, dum id ipsum contingit, sed ab æterno certum fuit, id eventurum, cum idem Deus ab æterno præciverit. Atque hoc intuitu *possibile* dico in *hoc universo*, quod in eodem actu consequitur, quia stante hoc rerum ordine habet veritatem determinatam. Quia vero cetera possible non similiter eodem causarum ordine subsistente veritatem determinatam habent (alias enim & ipsa existere deberent, quod non modo implicat;

cat; verum etiam experientiae contrariatur); ideo in hoc universo eadem impossibilia appello, licet in se possibilea sint. Sunt nempe absolute possibilea, sed non respectively, quatenus nimirum possibilitas respectum ad actum seu existentiam involvit. Interim tamen ne quis possibilea nunquam exitura cum *Spinosu* pro chimæris habeat per ignorantiam confictis, non repugnare ostendo, quod in alio rerum ordine seu in alio universo eadem perinde habeant veritatem determinatam, certo in eodem exitura, quemadmodum alterum in præsentī certo existit. Nam ponamus in rerum ordine contineri, ut, dum ob literas scribendas actum sedendi intendis, subito incendium in vicinia exoritur, decreto sedendi mutato, ex conclavi egredieris, atque ita aliud possibile actum consequitur ob alium causarum ordinem seu, nostra phrasi, in mundo aut potius universo alio, libertate mentis actum egrediendi decernentis illibata. Atque hac ratione *respectively* dicitur possibile in alio mundo, quod in nostro pro impossibili habendum, hoc est, pro tali, quod in eodem actum non consequitur. Quodsi quis contingentium, eorum etiam, quæ a libera hominis voluntate pendent, esse determinatum non admittat, is cum *Socinianis* sentit a Theologis Augustanæ Confessionis ideo censuram meritis (q). Sentiant cum illis, quorum interest simulare cum his consensum, non obstante dissensu. Negare igitur ulterius cum *Socinianis* teneretur præscientiam divinam contingentium a libera hominis voluntate pendentium, quæ & ipsa juxta *Augustinum* in causarum ordine continetur (r), atque cum iisdem particularia fingens decreta in tempore facta in anthropomorphisum incidat necesse est.

B 2

§.VII.

(q) Vid. Musæus in Collegio Controversiarum disp. 4. quæst. 1. §. 21. p. 435.

(r) §. 45. Commentat. lucul. de differentia nexus &c.

## §. VII.

*Quenam  
contingen-  
tia ad de-  
monstran-  
dam Dei  
existentiam  
scitu neces-  
saria.*

Ad evincendum totius universi actum contin-  
gentem, ut inde Numinis existentia ceteræque perfecti-  
ones demonstrantur, non opus est consideratione con-  
tingentium particularium, quæ a libertate hominum  
pendent. Existentiam enim DEI cum libertate humana  
non necessario connecti, sicuti cum contingentia mun-  
di totius existentis, satis liquet. Et si quis vel maxime  
contenderet, ex libertate hominis existentiam Dei de-  
monstrari posse, non tamen ideo opus est ut cum ipso  
ferram contentionis reciprocemus: neminem enim fo-  
re arbitror, qui non ultro largiatur, a sola universi totius  
existentis contingentia, insuper habitis particularibus  
contingentibus a libertate hominum pendentibus, ad  
Dei existentiam firmiter concludi. Ego cum in Cosmo-  
logia transcendentali generales mundi affectiones expli-  
carem in usum existentia ac attributorum divinorum de-  
monstrandorum, de universali mundi totius continen-  
tia tantum fui sollicitus, nullo habito respectu ad ea, quæ  
a libertate humana pendent, quatenus ab eadem pen-  
dent. Atque adeo hæc sine discrimine trahenda non  
sunt ad contingentia particularia, ex doctrina de liberta-  
te dijudicanda. Etenim quæ in Cosmologia transcen-  
dentali de contingentia totius universi adversus fatalis  
necessitatis assertores atque atheos evici, salva sunt, quem-  
cunque modum explicandi commercium inter animam  
& corpus elegeris. Neque enim is ad contingentiam  
totius universi quidpiam confert. Immo cum ea scribe-  
rem, quæ contingentiam totius universi attingunt (quem-  
admodum in præfatione primæ jam meditationum me-  
arum metaphysicarum editioni præmissa monui), con-  
stitutum mihi adhuc erat quæstionem de commercio  
inter mentem & corpus prorsus indecisam relinquere.  
Si vel maxime nullus esset homo, aut si fingamus homini  
nullam competere libertatem; non tamen ideo mundus

in

in se desineret esse contingens, cetera enim adhuc eodem sese modo haberent, quo nunc se habent, nec minus inde existentiam Numinis cum ceteris eius perfectionibus adversus atheos demonstrare liceret. Hæc ea fini adnotare libuit, ne cum doctrina de contingentia totius universi commisceantur hypotheses de commercio inter mentem & corpus in præjudicium veritatis, nec libertatem hominis in agendo quispiam negari arguetur, quod in contingentia universi adstruenda ejus nulla habeatur ratio.

§. VIII.

Enimvero forsan excipis, etsi in adstruenda contingentia totius universi non necessario haberi debeat ratio libertatis humanæ, harmoniam tamen præstabilitam talia involvere, cum quibus contingentia totius universi subsistere nequeat. Cum enim motus organorum corporis a voluntate pendentes ab anima non proficiscantur per physicum quendam influxum; eos fatali quadam necessitate fieri, adeoque contingentiam totius universi subsistere amplius non posse, sed omnia in absolutam & fatalem necessitatem degenerare. Qua consequentia id inferatur, ego quidem non video: neque enim actionum humanarum ab anima dependentia quidpiam mutationis adfert ceteris in universo, quod quoad esse suum objectivum ab intellectu divino, quoad existentiam a voluntate Numinis unice pendet. Mihi potius contrarium videtur, nempe harmonia præstabilita contingentiam, quæ totius universi est, mirifice confirmari. Quoniam enim certum est, animam vi libertatis suæ semetipsam citra ullum externum influxum in eam determinare partem, quæ ipsi commoda visa fuerit, cùm sese perinde in alteram determinare posset; corpus humanum per infinitam Numinis providi sapientiam ita dispositum, ut jussis liberis exequendum par sit, quam maxime loquitur, corpora alia humana innumera perinde ac

*Num harmonia præstabilita tollat contingentiam totius universi.*

B 3

hoc

hoc, quod existit, fuisse possibile, quæ desiderii animæ in contrarias partes sese determinantis satisfacissent; hoc autem a Deo productum fuisse, quod scopo sibi proposito conveniret. Non diffiteor, immensam sic evadere sapientiam divinam & super omne extolli, quod animo comprehendere licet: sed ego nunquam existimavi, me in Deum injurium fieri, si ita concipiam opera ipsius, ut perfectionis divinæ imperscrutabilis ideam exhibeant. Immo in meditationibus meis metaphysicis (s) jam observavi, ob actuum illorum contingentiam fieri potuisse, ut inter libera animi decreta & motus organorum corporis harmonia præstabiliretur.

## §. IX.

*Non eadem  
sollat liber-  
tatem.*

In Commentatione ipsa (t) jam satis superque ostendi, in systemate harmoniæ præstabilitæ animæ relinqui eandem prorsus, quam in communi influxus habet, libertatem, cum nihil in ea mutet quoad actus reflexos & ex aliis elicitos: id quod etiam agnovit *Faustus*, cujus ibidem verba leguntur. Etenim solæ sensationes, hoc est, quæ mutationibus in organis sensorii factis respondent, perceptiones in mente producuntur ex necessitate naturæ ipsius, quas juxta commune systema corpus animæ tanquam tabulæ rasæ imprimit. Sed præsentibus istis in anima ideis ipsa in utroque systemate eodem prorsus modo ulterius agit: unde ne minima quidem subest ratio, cur vel minimam in alterutro differentiam circa appetitus inde tandem enatos suspicari liceat. Neque vero verendum est, fieri aliquando posse, ut mens aliter decernat, quam corpus a Deo ad exequendum jussa sit dispositum: præscit enim DEUS ipsas liberas hominum voluntates, quæ juxta Theologos etiam nostros esse suum determinatum habent (u), atque adeo fieri non potuit, ut sua ipsum falleret præscientia.

§. X.

(s) §. 885.

(t) §. 21.

(u) Vid. Musæus loc, cit, not.

§. X.

Quodsi hæcenus dicta serio perpendas, nec minus repetas, quæ in ipsa Commentatione de contingetia univèrsi & libertate humana disputata sunt, videbis utique, nihil absolutæ ac fatalis necessitatis a me statui, multo minus autem actiones hominum liberas fato subjici & animam in agens necessarium converti, quas sane impias & profanas opiniones abominor atque detestor, certissime persuasus hæc opinionum monstra a me in meditationibus meis metaphysicis profligata, haud quaquam vero stabilita esse. Neque vero adeo hebes sum, ut perspicere non possem, me argumentis, pro contingetia & libertate in medium allatis, fatalem necessitatem tam in mundo, quam in anima stabilire. Et si vel maxime ego tam infelix essem, ut talia non viderem, non tamen similis suspicio caderet in viros singularem acuminis cum ingenii, tum judicii gloriam consecutos, quos inter si *Jaquelotum* refero, recte sentientium iudicio minime erravero. Ut autem ad Commentationem luculentam, ex qua mentem meam abunde perceperunt viri boni & intelligentes, monitum hoc adjicerem, effecit vir quidam doctissimus, qui, utinam! non dudum orbi erudito *Rixatoris* nomine notus esset ac aliis elogiis apud exteros inclaruisset, quam quæ in Actis Eruditorum (x) leguntur, cavillationum quoddam volumen adversus meditationes meas metaphysicas in lucem publicam protulit, in quo mihi imputat hominum profanorum sententias, a mente mea non modo maxime alienas, sed illas ipsas, quas in meditationibus meis metaphysicis omnibus viribus evertere annisus sum. Imputationes suas pro conclusionibus venditat ex principiis meis deductas per evidentem ac necessariam consequentiam, atque ideo sibi concedi postulat (y), e conclusionibus,

Quem in finem hæc adducta sint.

quæ

(x) A. 1721. p. 422. (y) in Protheoria postul. 12. p. 5.



que per justam & evidentem consequentiam e præmissis deductæ sunt, adjudicandas esse ipsas præmissas : id quod suo more ex superabundanti demonstraturus, id primo liquere ait e modo argumentandi ab effectu ad causam secundum axioma, *qualis causa, talis effectus*, quod in sensu morali æquivaleat trito isti : *Quicquid agis, respice finem, certe nunquam male ages* (z). Equidem cum jam tum temporis, quando meditationes meæ metaphysicæ primum in publicum prodirent, disertis verbis declaraverim, me non responsurum esse ad objectiones 1. ab ignorantia profectas, quarum discussio ulteriorem doctrinis lucem minime affundit, nec 2. cum ea, qua par est, modestia ac animi moderatione prolatas (a), nec 3. e vulgari rixatorum more in confusum & prolixum chaos redactas (b); responsione ad cavillationum chaos superfedere poteram ac superfedissem utique, nisi singularis quædam circumstantia consilium mutari jussisset, ita judicantibus amicis & collegis institutum censoris minus probantibus. Nimirum cum Cl. censor facile prævideret, se rationibus destitutum in sua autoritate parum prælii reperturum ad persuadendum imputationum suarum veritatem partim iis, qui ingenii viribus, partim ceteris, qui otio destituuntur ad has controversias omni ævo pro intricatissimis habitas dirimendum; in testimonio Ordinis sui omnem spem suam collocavit, imprimis cum ipsi admodum faveat, me vero acerbis ac diris imputationibus & accusationibus oneret, de quibus singulis postea sigillatim dicemus. Quoniam Cl. censor est os & Promachus Ordinis sui continuis controversiis impliciti, non desunt, qui testimonium ipsi adeo honorificum, in me tantopere injurium ex ipsius calamo emanasse suspicantur. Judicarunt itaque amici, commentum me ta-

cente

(z) Syrac. VII, 40.

(a) In der Erinnerung wegen der Einwürffe S. 8. 9.

(b) im sichern Mittel wieder ungegründete Verleumdungen S. 7.

in præjudicium Academiae *Fridericianæ* invalescere posse, imprimis si adversarii ex silentio meo ansam triumphandi arripiant: quod futurum tanto confidentius existimare liceat, quoniam Cl. censor more suo classicum ante triumphum canit. Publico scandalo etiam medela publica esse occurrendum. Enimvero cum inania verba proferre religioni mihi ducam Christi disciplina, quam re, non verbis profiteor, meliora edoctus (c), ad tot inania Rixatoris verba nihil repositurus præcipua tantum litigii capita notabo & fontes, unde dijudicanda sunt, indicabo.

§. XI.

Primum igitur tenendum est, Cl. censorem mihi *Cl. censor* tribuere sententias, quarum ne vestigium quidem in *mibi tribu-* scriptis meis apparet. E. gr. p. 213. disertis verbis scribit, *qua in* me *nexus rerum omnium circularem* passim urgere, *scriptis meis* quasi progressum quorundam atheorum circularem in *in-* non *legun-* finitum adsererem. Sed hujus hypotheseos ne *minitur.* mum vestigium in meditationibus meis occurrit (d). Citat equidem §. 543. *Metaphysicæ*; sed ibi hæc tria affirmantur, quod 1. in tellure multa sint corpora partialia, in cælo totalia; quod 2. partialia alia intereant, alia oriuntur & in ipsis totalibus continuæ mutationes accidant, saltem quoad situs observabiles; quod 3. corpora in spatio cum ratione sint juxta invicem ordinata & mutationes in tempore non minus se invicem cum ratione consequantur, ita ut unum in se contineat rationem quandam, cur alterum juxta ipsum collocetur, seu in hoc ordine hunc locum occupet, & causa præcedens intuitu temporis non minus contineat rationem effectus sequentis. Quis, quæso, hinc exsculpet progressum circularem in infinitum, qui revolutiones in universo ponit

(DIFFER. NEX. RER.) C nit

(c) Matth. XII, 36.

(d) conf. Comment. §. 9. p. 28.

nit suo ordine iterandas. Neque veritati consentaneum, quando addit, me de initio nexus nullam genuini sensus mentionem facere. In Theologia enim naturali abunde ostendi, Deum esse istius autorem & eundem hoc universum creasse. Immo ostendi nexum in se contingentem deducere ad causam primam, quod est ens necessarium (e). Methodus demonstrativa requirit, ut singula suo tradantur loco: qui sine probatione multa sumunt, iis juxta scholæ methodum in uno loco congerere licet, quæ ad idem argumentum referuntur. In Commentatione (f) jam sufficienter removi a me suspicionem æternitatis mundi adfertæ, quod cum D. *Thoma* demonstrationem creationis in tempore ex lumine naturali difficilem statuam, quæ publice adhuc desideretur, atque cum eodem affirmaverim, licet mundus semper fuisset, eum tamen non parificari Deo in æternitate. Hoc tamen non obstante tanquam a me concessum sumit, mundum esse æternum & ob æternitatem mundi plurimis in locis mihi insultat, suaque commenta adversus me conficta ista hypothesi in crustat. Et facile apparet, ex falso attributam hypothesin de æternitate mundi ansam dedisse commento alteri de progressu rerum circulari in infinitum. Similiter sapissime ait, me fatum Stoicum manifesto confiteri, ubi nec fati minimum vel somnare licet. E. gr. dum dico animam ex necessitate naturæ (sua scilicet) producere perceptiones mutationibus in organis sensoriiis factis respondententes; ipse clamat: *habemus hic, quod probe notandum est, manifestum fati seu necessitatis absolutæ confessionem de ipsa anima, utpote posita in ea agendi necessitate, quæ ipsius naturæ necessitas est.* Ita subdole, quæ de folis sensationibus dicuntur, ad omnes animæ operationes extendit, & verba mea detorquet

(e) Conf. Commentatio §. 3. p. 6.

(f) §. 17. p. 55.

quet in *Spinoſæ* phraſin, ut credulis de putatio cum damnato autore conſenſu fucum faciat: neque enim nobis perſuadere poſſumus, Cl. cenſorem, qui teſte ſuo Ordine totam ſyſtematis *Leibnitiani* compagem & analogiam perſpexit, fuiſſe adeo hebetem, ut ea non videret. Aut ergo fallit teſtimonium, aut a candore alienus Cl. cenſor. Similiter dum (g) actiones externas, quæ motu organorum corporis perficiuntur, mechaniſmo ſubjacere pronuncio, quem anima ſuo imperio violare nequeat, & §. 14. cito, ubi oſtendi exemplo ambulantis, eum non aliter ambulare valere, quam fert ſtructura corporis atque per Staticæ ac Mechanicæ regulas integrum; *quid opus eſt*, magna confidentia, quaſi re bene geſta, exclamat, *operoſa Spinoſiſmi Leibnitiani detectione & demonſtratione? quandoquidem hic novam ac expreſſam habemus erroris plusquam Stoici confeſſionem probe notandam*: ſed quem in finem, quaſo? Ut de fide atteſtati ſcripto præmiſſi ac autoris genio judicare liceat. Quis enim crediderit, animam imperare poſſe corpori motum, qui per organi requiſiti ſtructuram & Mechanicæ ac Staticæ regulas executu impoſſibilis? Quis unquam ſibi perſuaſerit, imperium animæ tam efficax eſſe poſſe, ut claudo pede ſine claudicatione incedat *Vulcanus*? Novi equidem, quod dudum aſſeruerit, *mechaniſmum ſaniora medicinae principia, ideoque eam totam, labefactare & corrumpere, & apud incautos in moralibus ac in ſpiritualibus ſublata libertate inducere neceſſitatem mechaniſcam, & fatalem* (h): ſed aſſeruit, non probavit. Nec ita videtur aliis qui, quid mechaniſmus ſit, intelligunt; neque ego, qui multa Medicorum ſcripta evolvi in Anglia, Gallia, Batavia, Germania, Italia edita, vidi quod ſibi a mechaniſmo metuunt, ex quo motus vitales in corpore hu-

C 2

(g) Comment. §. 21. p. 69.

(h) in *Medicina Mentis* part. 1, c. 7. §. 64. p. 78.

humano ortum trahere unanimi ore confitentur. Consultat celeberrimum nostrum *Hoffmannum*, qui de usu mechanismi in medicina ipsum meliora docebit. In numerum *obtrechtorum* refert (i), *qui non erubescunt adserere, ejusmodi doctrinas saniora medicinae principia labefactare.* Ita contra simplices substantias cramben recitatus, quam artium quidam magister apposuerat, ejus autoritate confusus repetit, me simplicibus meis aeternitatem tribuere: cum tamen, quæ de simplicibus trado, si in unum locum congerantur per librum hinc inde dispersa ob methodi rationem, perspicacioribus manifestum sit, istis admissis demonstrari posse creationem ex nihilo, qualem demonstrationem ut interea ex sua materia universali & uniformi ex *Ovidio* desumpta extruat Cl. censor, antequam meam in lucem proferam, multorum nomine est quod rogo. Ejusdem farinae sunt, quando toties urget, me non admittere nisi unicam in mente facultatem & quidem omnium infimam, nempe producendi perceptiones rebus corporeis respondentes; cum tamen omnes animæ facultates, quæ ipsi tribuuntur, & a posteriori stabiliam, earum notiones distinctas tradam & rationes a priori reddam. Ratio commenti in eo consistit, quod nonnisi unicam vim in anima admittam, quæ essentiam constituit ipsius atque naturam, & per eam ad actum deduci demonstram, quæ ob varias istas facultates tantum possibile sunt: facultates enim & potentias nudas scholæ per nudam agendi possibilitatem explico adeoque a vi distinguo. Unica est in anima vis tanquam substantia simplici, per quam essentia ipsius actualiosa est; sed per unicam illam vim ad multiplices actiones disposita est, quæ variæ ad agendum dispositiones *facultatum* nomine veniunt. Sufficiant hæc speciminis loco adducta, ex quibus judicium fiat, quod a mente

(i) Medicin. ration, Tom. I, part. 1. schol. ad §. 35. p. 6.

te mea maxime aliena pro hypothesibus a me defensis venditare non erubescat Cl. censor.

§. XII.

Quoniam Cl. censor satis superque passim pro-  
 dit, se nonnisi carpendi animo cavillationum suarum vo-  
 lumen compilasse, non mirum videri debet, quod et-  
 iam istiusmodi artificiis utatur, quibus facile fucus fiat  
 lectori incauto. Inter ea refero, quod textum meum  
 Germanicum verbis Latinis parum convenientibus sub-  
 inde reddat, ut sensum fundant ipsius imputationibus  
 faventem, a mente autem mea alienum. Ita e. gr. Em-  
 pfundungen reddit termino generali perceptionum, ubi  
 tamen ea tantum perceptionum species designatur, quæ  
*sensationum* fert nomen. Equidem hoc ferendum vide-  
 bitur nonnullis, sed minime ferendum esse iudicabit,  
 cui ex antecedentibus innotuit, quod, quæ de hac per-  
 ceptionum specie in singulari a me dicta sunt, ad omnes  
 animi cogitationes, ipsos etiam appetitus atque aver-  
 siones trahantur (§. I I.). Similiter vocem Germanicam  
*die Krafft*, quam ego Latine per *vim* explicandam esse in  
 adjecto indice nonnullorum terminorum monui, con-  
 stanter voce *facultatis* reddit, ut ipsis meis verbis (si su-  
 peris placet!) probare possit, me nonnisi unicam in ani-  
 ma facultatem admittere, nempe cognoscitivam, ejusque  
 nonnisi gradum inferiorem, atque adeo voluntatem li-  
 beram negare, consequenter fatalem & absolutam ne-  
 cessitatem actionibus humanis afferre, sicque & religio-  
 nem universam & omnem philosophiam moralem atque  
 civilem evertere; quas consequentias ubique repetit,  
 ubi fatum exsculpere conatur. Unde malum in me ani-  
 mum & intensitatem affectus, quo abreptus calamum  
 arripuit, colliges. Huc etiam refero quod constanter  
 per *fundamentum* interpreteretur, quod *ratio* a me appella-  
 tur, ut verba mea sensum obscurum fundant in perversum  
 facile vertendum. Magis autem in me injuria est

Cl. censor  
male vertit  
textum Ger-  
manicum, ut  
habeat, que  
carpat.

versio ordinis non interrupti (einer unverrückten Ordnung) per phrasin *ordinis immutabilis*, ut inde rursus necessitatem cum aliqua veritatis specie exsculpere possit &c.

## §. XIII.

*Cl. censor commiscet, quæ sunt dirjungen- da.*

In Cosmologia transcendentali tantum de contingencia totius universi egi, insuper habitis contingentibus particularibus, quatenus a voluntatis libertate pendent, quoniam illa sola sufficit ad existentiam & attributa divina demonstrandum, nec ibi locus erat agendi de particularibus in relatione ad voluntatem humanam, in Psychologia demum explanandam. Æquum igitur erat, ut duo hæc capita a se invicem distingueret Cl. censor. Sed ille distincta commiscet, cum in systemate harmoniæ præstabilitæ nonnulla occurrant, quæ extra nexum ejus prolata falsæ interpretationi haud difficulter obnoxia fiunt. Similiter aliorum sententias subinde cum meis conjungit, quasi eas probassem aut quasi prorsus meæ essent. E. gr. multas consequentias de fatali necessitate adversus me nectit inde, quod anima sit *automaton spirituale*. Sed ego hoc nullibi asserui, nec commodum mihi videtur uti hac phrasi, etsi sano sensu explicata tollerari possit, ne eam in perversum sensum detorqueant vel vim systematis non capientes, vel malevoli. Porro mihi tribuit *Leibnitianam* de monadibus sententiam, de quibus tamen judicium meum suspendi, propterea quod circa tributam ipsis vim percipiendi nondum mihi fatisfeci. Ego vero autoritate nullius moveor, sed non nisi rationibus victus cedo. Illorum meam facit opinionem, qui influxum physicum animæ in corpus & corporis in animam rejiciunt, quod distincte explicare cum non possimus, cum tamen disertis verbis monuerim (k), ob hanc solam rationem eum rejici non posse. Lubens enim concedo, multa a nobis observari in rerum natura quo-

(k) §. 762, Metaphys.

quorum existentiam negare non possumus, etsi rationem non comprehendamus: mihi in explicandis rerum naturalium phænomenis quotidie versanti quotidiana sunt exempla, ut talia ignorare nequeam. Sed more suo omittit verba, quæ obstant, quo minus cetera in perversum sensum detorqueat.

§. XIV.

Qui de veritate systematis & dogmatum a me propositorum judicare voluerit, is, agnoscentibus viris doctis, æquis rerum iudicibus (1), non modo integros textus attente perlegere, sed & potestatem terminorum recte evolvere & catenas ratiociniorum summa attentione persequi tenetur. Ast noster constanter verba mutilata hinc inde excerpit, sensum iis diversum a mente mea tribuit & suas inde consequentias necit. Quod autem verba extra contextum prolata & extra connectionem alicujus systematis ponderata sensum a mente auctoris prorsus alienum fundere queant, quis ignorat? Quis nescit, ex ipsa scriptura sacra hac ratione adduci dicta, quibus errores incrustentur a veritate procùl distantes? Reverentia erga codicem sacrum obstat, ne exemplo doceam, si eodem modo agendum sit, quo Cl. censor utitur, ipsis scriptoribus sacris consequentias istas (absit blasphemia verbo!) imputari posse, quas ipse mihi obtrudit. Et memini me aliquando legisse responsum aliquod theologicum a quodam Theologorum ordine profectum, quo interrogati, num salva conscientia liber aliquis hymnorum sacrorum novus in ecclesiam introduci possit, negativam adstruebant variis excerptis, unde Spinosissimum, damnatas hæreses, obscena & libidinis irritamenta in hymnis ipsis contineri non sine omni specie docebant. Vix tamen mihi persuadeo autorem illius libri aliosque eidem pretium statuentes con-

*Cl. censor  
verba mutilata extra  
systematis  
nexusum alle-  
gat.*

(1) Comment, §. 2, p. 3.



concessuros, quæ excerpta insinuare videntur. Controversiam ipsam meam non facio, neutri parti palmam adjudicans, neutri etiam abjudicans, cum eam examinare non vacaverit, nec ad me illius examen ullo modo spectet, immo ipsum responsum obiter saltem legendi potestas olim mihi data fuerit. Potius igitur unum & alterum exemplum ex Cl. censoris compilatione adducam, quo rei veritas appareat. E. gr. in Commentatione jam docui (m), quem in finem inculcaverim, si vel maxime mundo æternitas concedatur, eam tamen fore aliam ab æternitate Dei, seu ut D. Thomas loquitur, quem sequor, *non parificari Deo in æternitate*, quia scilicet æternitas mundi foret infinita rerum successio, æternitas autem Dei est sine successione & tempori opponitur. In his nihil contineri fidei orthodoxæ & notionibus rerum contrarii, non diffitebuntur, quibus non est animus sugillandi. Nec qui rationem in Commentatione datam & in discursu auditoribus meis inculcatam expendit, habere potest quod reprehendat, cur istam D. Thomæ thesin catenæ meæ inseruerim. Si carpere velit, carpat dicatque consultius fuisse ab eadem thesi abstinere. Ego etsi aliter sentiam, ferram tamen contentionis cum ipso minime recipiabo: abundet enim per me suo unusquisque sensu. Ceterum thesi isti adscripti in margine lemma: *æternitatem mundi ab æternitate Dei diversam*. Hoc lemma paragrapho affixum tanquam thesin totidem verbis a me propositam adducit Cl. censor, ut lectori persuadeat, me de æternitate mundi tanquam re concessa loqui, etsi ibidem tantum ex hypothesis loquar, cum differentia inter æternitatem Dei & æternitatem mundi sæpissime tanquam argumento ad hominem uti liceat. Hæc quoque est ratio, cur phrasi *alterius mundi* constanter ludens multas ineptias fingat, quas nemo sanus admiserit,

eas-

---

(m) §. 17. p. 56.

et easque pro meis sententiis venditet. Si quis autem contextum expendit & ex antecedentibus sequentia interpretatur, is sensum eruit nihil absurditatis habentem, quem superius (§. 6.) jam exposui. Immo rem aliter se habere non posse, assequitur. Distingvo nimirum inter *possibile absolute tale* & inter *possibile hypotheticum*, quorum istud vocavi vernacula nostra *das Mögliche absolute*, hoc vero cum addito *das Mögliche in dieser Welt*. Illud nempe est, quod nihil contradictionis in se involvit, sed hoc, quod per præsentem rerum ordinem naturaliter ad actum deducitur. Illud in hoc ordine non habet esse determinatum, secus enim existeret: hoc autem in præsentem causarum ordine, quas inter *Augustinus* etiam voluntates nostras liberas refert (n), esse determinatum habet, adeoque ad actum deducitur. Quis vero ideo, quod non omnia possibile in præsentem causarum serie esse determinatum habent, ut actum consequantur, dixerit, ea, quæ contingunt, absolutam & fatalem necessitatem habere? Sociniani equidem pro absolute necessario cum Fatalistis habent, quod per causarum seriem determinatum est, ut existat, atque adeo negant contingentium particularium determinatam veritatem; sed ego cum Theologis nostratibus aliisque contrarium contra *Socinianos* defendo. Huc etiam pertinet, quod *Cl. censor* tantopere urgeat, *liberam volitionem cum necessitate nature toties expresse asserta non posse consistere*, cum & contextus, & integri systematis ratio aperte loquatur, me non omnes operationes animæ ex necessitate ipsius derivare, sed tantum eas, quibus producuntur perceptiones sensationum nomine compelli solitas, quas *Aristoteles* vi corporis in anima excitari statuit in suo influxus systemate, eam instar tabulæ rasæ considerans, cui idæ imprimuntur. Nemo autem unquam asseruit, esse

(DIFFER. NEX. RER.)                      D                      ani-

---

(n) *Comment. §. 15. p. 54.*

animæ aliquam in istud perceptionum genus liberam potestatem: secus enim efficere possemus, ut cibus procrearet saporem pro imperio mentis & quæ his sunt gemina. Ideo vero, quod perceptiones istæ ex actuum liberorum numero eximuntur ( id quod ab omnibus fieri manifestum est ) minime tollitur libertas, quam habet anima in appetitibus suis determinandis. Immo omnium eriminationum fons est locorum mutilatorum inspectio. Integrum legi oportebat systema, vis & potestas verborum erat trutinanda & sufficiens temporis spatium meditationi indulgendum, ne iudicium præcipitaretur: quam profecto præcipitantiæ quilibet animadvertet, qui præcedens monitum cum Commentatione junxerit. Possem addere exempla plura, v. gr. dum in cachinum effunditur, quod dixerim (o), animam iis in casibus, ubi per essentiam sufficienter determinata non est, seipsam determinare atque hanc determinationem, quæ motus spontaneus vulgo appellatur, libertatis essentiam constituere, hoc est, juxta notionem essentiæ a me stabilitam, ob hanc facultatem semetipsam determinandi fieri posse, ut in anima locum habeat libertas. Vocolam enim spontanei captat & motibus spontaneis etiam esse locum in horologio arguitur. Quodsi vero evolvisset, quæ in metaphysicis (p) de illa facultate animæ, qua semetipsam determinat per essentiam suam non determinata, de industria doceo, instantiam ab horologio desumptam frustra urgeri utique vidisset. Ex eodem fonte emanat, quod p. 56. mihi imputet, quod negem, *Deum ob hujus universi nexum æternum res nonnullas singulares, quæ in eo existunt, eodem salvo potuisse aliter producere & in eodem quicquam se aliter habere posse, quam se ipso actu habet.* Ego enim vi immutabilitatis essentia-

TUM

(o) Commentat. §. 22. p. 75.

(p) §. &amp; seqq.

(q) Summ. Theol. part. 1. quæst. 25. art. 6. concl. 1.

rum tantum cum D. *Thoma* (q) affirmo, *Deum non posse facere aliquam rem meliorem substantialiter, quam ipsa sit*, seu ipsam rem, quam producere libere decrevit, non potuisse aliter producere, quam fert essentia ipsius, hoc est, phrasi S. *Augustini*, idea ejus in intellectu divino. Et cum possibilia omnia simul existere nequeant, si cum *Leibnitio* ut in plures mundos coordinata, seu juxta communem loquendi morem in diversos causarum ordines digesta in intellectu divino spectentur, contendo fieri non posse, ut omnia promiscue in eodem ordine habeant locum ob contradictiones orituras, adeoque, ubi de permissione mali sermo est, defendo, Deum causarum ordinem, seu phrasi *Leibnitiana*, mundum ita producere debuisse, quemadmodum eum possibilem exhibuit idea in intellectu ipsius. Assentior nimirum etiam in his doctori angelico (r) affirmanti: *Deum non posse facere cum majore sapientia & bonitate, adeoque non melius, quam fecit.* In eundem censum referri debet, quando mihi p. 29. imputat, quasi cum *Leibnitio* assereretur, Consilium Dei e scopo mundum optimum constituendi in malum effectum influere, cum tamen denuo non aliud defendam, quam quod D. *Thomas* (s) disertis verbis docet, *DEVM permittere aliqua mala seu defectus aliquos NB. in particulari, ne impediatur NB. bonum totius*, quia scilicet alias ex minori sapientia & bonitate fecisset mundum, quam poterat, vi eorum, quæ paulo ante ex eodem doctore citata sunt. Apparet vero ex hæcenus dictis, pleraque, quæ impugnantur, non *Leibnitium* autorem agnoscere, sed dudum ante ipsum a Theologis & Philosophis tradita fuisse, quorum non exigua semper fuit in universa ecclesia autoritas. In hunc enim numerum referendum esse D. *Thomam*, quis negare aufit?

D .

§. XV.

(r) loc. cit. concl. 4.

(s) quæst. 22, art. 2. concl. 4.

## §. XV.

Cl. censor  
damnat  
dogmata a  
Theologis  
constanter  
recepta &  
alia ab iis  
factum tole-  
rata.

Damnat etiam Cl. censor & in numerum doctrinarum periculosarum refert, quæ a Theologis, quorum per imperii leges stat autoritas, constanter & partim acriter defensa. Ita enim doctrinam de æternitate essentialium p. 56. absoluti fati matrem & originem & omnis libertatis pestem vocat, autoritate *Poiresi* suffultus. Ita ergo absoluto fato patrocinantur etiam Theologi non modo ecclesiæ Romanæ in universum omnes, sed & nostrates, paucis forsan exceptis, qui cum *Poireso* sentiunt. Quam absolum hoc sit, ex antecedentibus intelligitur. Etenim cum essentia dicat possibilitatem rei, necessitas ejus non aliud sibi vult, quam quod illud, quod est possibile, una non impossibile esse possit: quod nemo sanus negare valet, nisi primum illud contradictionis principium, quod impossibile pronunciat, ut idem simul sit & non sit, in dubium vocare velit. Equidem Cl. censori non minus periculosum videtur, quod possibilija deriventur ab intellectu divino antecederet ad voluntatem. Sed improbat dogma receptum, a Theologis nostratibus contra *Puffendorffium* acriter propugnatum. Nonne omnes Theologi uno ore fatentur, potentiam Dei non sese extendere ad impossibilia? Potentiam tamen Dei ad omnia extendunt, quæ vult. Necesse igitur est, ut nostro concipiendi modo aliquid sit possibile, antequam Deus idem velit. Cum Cl. censor verba mea capere & in perversum sensum detorquere soleat, monendum est, sermonem hic esse de prioritate ordinis, non temporis. Immo si possibilitas a voluntate Numinis penderet, quemadmodum *Poiresus* cum *Bourignonia* docuit, fieri sane posset, ut Deus contradictoria vellet, consequenter contradictoria vera esse possent. Lubens fateor, me talia concoquere non posse, quamdiu non omnem rationis usum ejuraverim. Attinis est doctrina de actionibus per se honestis, cujus consecrarium est, posito per im-  
pos-

*Grosii* sententiam, quam & olim Philosophi, & ante ac post ipsum Theologi amplexi sunt atque contra *Puffendorffii* iustitiam arbitrariam acerrime propugnarunt, Cl. censor dogmatis periculosis accenset, mirantibus aliis, quomodo sine Theologorum nostratium censura iustitiam arbitrariam defendere possit Theologus. Quod tantopere carpit in doctrina de Commercio inter mentem & corpus, nempe quod influxus physicus ab *Aristotele* ad illud explicandum usurpatus rejiciatur, non modo systema *Leibnisianum*, quod proposui, verum etiam *Cartesianum* ferit. Immo celeberrimus ille ac exquisiti iudicii Theologus *Jaquelotus*, ut nuperrime monui (t), majoribus difficultatibus *Cartesianum* premi agnoscit, quam *Leibnisianum*, in quo NB. si bene intelligatur, libertas non destruitur. Agnoscit etiam utrumque censor: hoc tamen non obstante in me debacchatur, quasi ipse primus contra doctrinam universalem, in cujus possessione ac confessione perpetua cum viris doctis universum genus humanum fuerit, surrexissem eamque tanquam erroneam rejecissem. In omnibus autem academiis Protestantium *Cartesii* systema toleratur, nec ullibi ob negatum influxum physicum tantæ excitantur turbæ: immo ipsimet Theologi, quos inter nuper, *Cel. Andalani* in academia Franquevarana nominavi, idem amplectuntur, nemine ipsis litem intentante. Quid quod in ipsa ecclesia Romana, ubi philosophia *Aristotelica* adhuc floret, celeberrimus ille Congregationis Oratoriæ Presbyter, *Malebranchius* rejecto influxu physico *Cartesii* systema causarum occasionalium excoluit? Doctores Sorbonnici minime negotium fecere *Cel. Regio*, quod in Curfu suo philosophico idem propugnaret atque Parisiis doceret. Nec Celeberrimo *Sturmio* in academia Altorfina

---

(t) Comment. §. 18. p. 59.

na dicam ideo scripsere Theologi, multo minus turbas contra eum excitavere, quod influxum physicum negaret & *Cartesii* systema amplecteretur, quod moderni *Cartesiani* cum *Leibnitiano* in gratiam reducunt, hoc nonnisi pro explicatione illius rationali agnoscentes. Ante hos viginti annos Lipsiæ in disputatione publica de loquela, quæ censuram viri Theologi subierat, impugnatione physico animæ in corpus influxu, *Cartesii* systema meum feci, nec quisquam ideo me periculosorum dogmatum suspectum reddidit. Et sane negatus physicus animæ in corpus & corporis in animam influxus præcipuum fere est, quod impugnat Cl. censor & unde consequentias adeo periculosas deducit: pleraque enim, quæ de fato tantopere urget, ex systemate harmoniæ præstabilitæ, quatenus influxui isti obstat, assumuntur ceterisque constanter immiscentur. Patet etiam ex ante dictis (§. 17.), quod Cl. censor cum *Socinianis* damnet receptum dogma de determinato esse & determinata veritate actionum ipsarummet liberarum & quod æterni Dei consilio omnia definita sint, quæ ipse vel factururus, vel permissurus est in tempore: quod tamen utrumque a Theologis nostris agnoscitur & contra adversæ partis patronos defenditur.

## §. XVI.

*In quo cardo totius controversiæ vertitur, id precario sibi concedi postulat.*

Cardo totius controversiæ in eo vertitur, num ego fatalem ac absolutam omnium rerum necessitatem defendam, propterea quod cum Theologis nostris veritatem contingentium determinatam admittam, vi cuius ab æterno certum fuit, ea in tempore exitura. Sed Cl. censor p. 4. sibi precario largiri postulat, *nexum rerum materialium concatenatum, in consecutione sua necessarium & fatum physico-mechanicum seu fatalem necessitatem esse synonyma. Fatum vero illud, præsertim ad causas re ipsa liberæ applicatum, re ipsa constituere Spinofismum partialem.* Ut hoc postulatum intelligatur, explicandum id erit secundum mentem meam, quandoquidem contra me  
usur-

desuntam esse ex *Spinoza*, nec a me adhiberi, neque a me intelligi, quid sibi velit, cum ideæ meæ de nexu rerum applicata nullum fundat sensum. Deinde observandum est, me nexum cum Theologis nostris appellare *hypothetice necessarium* aut *condisionaliter necessarium*. Cl. censor autem substituit pro *necessitate condicionali* necessitatem in consecutione, ne consensus cum Theologis nostratibus appareat. En egregium æquitatis ac candoris specimen in præcipuo controversiæ momento! Quodsi itaque postulatum phrasi mea enunciæ, ita habebit: *Nexus rerum materialium sapiens post decretum Numinis liberum hypothetice necessarius & fatalis necessitas sunt synonyma*. Hæc est sententia Fatalistarum, quam largiuntur ipsis *Sociniani*, negant vero Theologi trium per leges imperii stabilitarum religionum. Cum in mei odium Cl. censor Fatalistis cum Socinianis concedat, quod minime verum esse contendunt Theologi etiam nostrates; illud omnino firmiter demonstrari, non precario postulari debebat. Quoniam vero nexus rerum materialium hypothetice necessarius est a fatali necessitate longe diversus, quemadmodum in Commentatione clarissime ostendi; nec quæri potest, quid pariat hoc fatum ad causas liberas, hoc est (si adversus me valere debet) ad corpus humanum applicatum. Desinat igitur inculcare; bonum philosophum teneri admittere omnes ac singulas conclusiones, quæ per justam & evidentem consequentiam e suis principiis, tanquam præmissis, resultant. Qualis enim hæc consequentia: Nexus rerum materialium a Deo libere & sapienter electus post decretum divinum hypothetice necessarius & absoluta ac fatalis necessitas sunt synonyma: ad corpus vero humanum applicatus reipsa constituit Spinosismum partialem. Ergo nexus rerum materialium &c. est fatalis necessitas a Spinoza defensa. Perinde est, ac si quis dic-

ce-



ceret: Stultus & sapiens sunt synonyma. Ergo Titius, quem sapientem vocat *Mevius*, non est sapiens, sed stultus. Postquam vero hoc postulato precario sibi concessum arbitratur nexum rerum, prout a me modo determinatur, esse synonymon fatalis necessitatis; tanquam certum sumit, me fatalem necessitatem adstruere, atque adeo singula verba ex hac hypothesi interpretatur, quæ detorsioni sunt obnoxia.

## §. XVII.

*Monitum  
de Dei defini-  
tione  
idealistica.*

Adversarium meum non sincere mecum agere, vel exinde colligant, qui de re ipsa judicare non valent, quod singula capita controversa odiosis hæresium titulis onerent: quod ego ab ingenui hominis moribus alienum esse duxi. In hunc etiam censum referri debet, quod definitionem meam de Deo & mente humana *idealisticam* vocet, etsi nullum nominare possit auctorem Idealistam, qui eandem tradiderit, utut ab initio asseruerit, me eam ab Idealistis hausisse. Vocat nimirum (u) Idealistas scepticorum & atheorum stolidissimos, non philosophis, sed personis miserabilibus &, quamdiu se pro talibus gerant, insanabilibus annumerandos, contra quos & quibus cum non sit disputandum. Quodsi igitur hoc certum sit, principia mea esse idealistica, prona consequentia (neque enim saltum in ratiocinando agnoscet Cl. censor) fuit ipsius de libro meo & de *Leibnitio* iudicium. Sed ego non ægre fero contemptum meorum ab eo, cujus scripta & methodus nec ad meum sunt palatum, neque credo *Leibnitium*, si in vivis esset, Cl. censori iniuriam suam, quam crepat, iudicii præstantiam ad res philosophicas dijudicandas. Transeant hæc: de re ipsa dispiciamus. Idealisticum est, quod affirmem, essentiam Dei

---

(u) in *Causa Dei* p. 19.



habet facultatem volendi libram. Neque enim affuetus sum istiusmodi in geometria argumentationibus: Triangulum habet tria latera. Ergo tres anguli simul sunt duobus rectis æquales. Tales argumentationes decent viros limati atque subacti iudicii, ad philosophiam perficiendam (forfan pervertendam) natos, quale in mathematicis, iudice nostro, desideratur.

## §. XVIII.

*Monitum  
de testimo-  
nio Cl. cen-  
soris libro  
præmisso.*

Sed tædet his diutius immorari. Pauca addam de testimonio, quo commentis suis pondus conciliare studet Cl. censor. Ego exemplum Christi secutus testimonium ab hominibus non accipio (b): res mea pro me loquatur. Nec quando autoritates adduco, iis veritatem thesium confirmare nitor, alias enim idem fecissem in meditationibus meis metaphysicis, sed tantummodo ostendo, perperam meorum cum *Spinosa* crepari consensum. Doleo viros venerandos ex præcipitantiâ & affectu cum de *Leibnitio*, tum de me iudicasse, tanto quidem magis, quod ipsos minime fugiat, quibus oculis videat Cl. censor. Hypotheses *Leibnitianas* ex antiquo *Stoicorum*, nec non ex recentiori *Spinosa* eorumque pseudophilosophorum, qui *Idealistæ* vocari solent, systemate adoptatas esse, est criminatio Cl. censoris nullo idoneo argumento probata, nec probanda. Me istam philosophiam *Leibnitianam* in peculiaris systematis formam redegisse, non omnino verum est, cum paucissima sint *Leibnitii*, quæ in meditationibus metaphysicis leguntur: plura controversa ex D. *Thoma*, quam *Leibnitio* hausta. Sed sit ita: neque enim criminatio de *Leibnitio* evicta est. Immo novi, cum *Theodicæa* viri etiam post facta summi primum prodiret, unum ex venerabili illo ordine librum a principiis sanioribus mihi commendasse. Quod

(b) Job, V, 34.

redundarit, ego ignoro: novi autem e contrario, quod multi theologiæ studiosi meliores ceteris fecerint progressus, qui lectiones meas frequentarunt. Immo non defunt exempla eorum, qui ob autoritatis præjudicium dominans in atheismum prolapsi, in meis lectionibus ab hoc errore liberati multas mihi egere gratias & conquesti sunt, in detrimentum studiosorum suspectas reddi lectiones ipsis adeo proficuas futuras. Quodsi unus alterve prodiderit contemptum methodi docendi Cl. censoris, id quidem non probo, sed eundem mihi prodiderant alii, qui ex aliis academiis nostram visendi gratia huc allati me invisere dignati sunt. Multos esse in ordine nostro, qui Cl. censoris mecum agendi modum probent, non novi: aliam plerorumque collegarum expertus sum sententiam. Etli enim non in omnibus mecum sentiant, nec tamen suas quoque sententias Cl. attestatoribus probari probe norunt. Cl. censorem systema *Leibnitianum* meamque mentem perspexisse, quis largietur, nisi eum candore omni destitutum affirmari velit? Contrarium patet ex iis, quæ ante dicta sunt. A modestia illa, qua usus est Cl. censor, liberet me Dominus! Me in Commentatione annisum fuisse, ut tuerer systematis mei veritatem non inficior: sed me *Leibnitianas* hypotheses naturali & revelatæ religioni noxias incrustasse, pro criminatione Cl. censoris repetita vi superiorum declaro. Dogma de potestate & regimine animæ in corpus me in præfatione *Metaphysicæ* pro tanto errore habere, per quem immortalitas animæ cum præcipuis religionis capitibus concidat, nego & pernego. De integro systemate influxus *Aristotelico* sermo est, & quæ de immortalitate animæ dicuntur, locum habent quoad partem ejus priorem, ubi anima instar essentia nudis potentiis seu facultatibus dotata considerata opus habet vi externa corporis, ut ad agendum excitetur.

For-

Forſan autem Rev. atteſtatores huic ſententiæ non ſubſcribunt: neque enim neceſſe eſt, ut theologus ullum in philoſophia receptum ſyſtema explicandi commercium inter mentem & corpus recipiat, contentus veritate iſtius commercii, quatenus a poſteriori conſtat, quemadmodum nec philoſophus in philoſophia practica ullius rationem habet. Unde obiter moneo, injuriam mihi fieri a Cl. cenſore haud levem, quando ad harmoniam præſtabilitam *Leibnitii* trahit, quæ ego de principiis *Metaphyſicæ* in genere eorumque in ceteris diſciplinis uſu diſſerui. Si a doctrina mea quædam provenere ſcandala, illorum culpa factum eſt, qui cum Cl. cenſore dogmata mea pervertunt & ſenſum a mente mea maxime alienum iisdem affingunt. Spero itaque, Viròs egregios, poſtquam cum attentione præſens monitum ad Commentationem de nexu rerum ſapiente adjectum perlegerint, tandem veritati ad oculos demonſtratæ locum relicturos atque ingenue confeſſuros, me ab erroribus ob non ſatis intellectam mentem meam mihi imputatis im-  
munem eſſe. Deus nos omnes confirmet in veritate  
faxitque, ut gloriæ ipſius ac pietati infucatæ  
ſtudeamus!

F I N I S.

